



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De transeunte ad aliam ecclesiam sponte sua, & electo ab illa, cui postea
displacet manere in ea. Capvt XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 325. minati confitentur se peccasse id genus peccatorum, de quibus supra scriptum est, eiificantur ex sacerdotio, & non reputabitur eis in peccatum, quod illis, cum non essent probati & electi, manus imposuerunt; nec erunt in culpa hoc faciendo, siquidem faciunt in eis quod a Christo Domino nostro ordinatum est.

*De episcopo ordinante quem intellexit fidem negasse; & de ordinato,
qui postquam negauit, irrepserit in ordinem.*

CAPVT XII.

Si quis prælatus receperit aliquem in ecclesiam sanctam, qui fidem negarit, quem prælatus ex aliquo cognouerit fidem negasse, & ordinauerit eum sacerdotem, aut in alio gradu, deponendus est ipse, & ordinator ab omni ordine: aut si iste irrepserit in ordinem, nec examinatus, nec interrogatus; & postea ab iis qui cognouerunt falsitatem, sciatur hoc; deponendus est iste.

*De transiente ad aliam ecclesiam sponte sua, & electo ab illa,
cui postea displaceat manere in ea.*

CAPVT XIII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ab ecclesia sua ad aliam electione illius ecclesiae, & voluntate sua se transferat, & postea non placet ei esse ibi, volueritq; eo, vnde prius se transtulit, redire; non est postea recipiendus, sed potius ab hac & illa ecclesia sit exclusus, quia ipse se sponte sua elegit.

Can. Nic.
Grac. 15.
epitome
huius 13. ex
Arabico.

De dante operam, ut transferatur a sua ecclesia ad aliam.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut aliquis ex clero dederit operam, vt ex sua ec-

Concil. Tom. 2.

Kk

258 SILVESTER P.I. CONCILIVM CONSTANTINVS IMP.

clesia transferatur , non est in alia recipiendus , sed potius cogere eum debent , vt ad locum suum redat : quod si noluerit , eiiciendus est in totum ex ecclesia , deponendusque ex ordine , & communione fidelium illorum qui ad illam ecclesiam pertinent , priuandus .

Ne quis fiat monachus sine licentia episcopi , & quare requiratur licentia.

C A P V T XIV.

Si quis laicus voluerit monachus fieri sine licentia episcopi sub cuius potestate est , mouendus est gradu in quo est , & non est recipiendus in religionem . Hoc autem idcirco statuimus , ne iste vxorem , aut filios , aut alios similes , quibus auxilium debet , deserat .

De clericis aut religiosis fenerantibus deiiciendis de gradu.

C A P V T XV.

Can. apost.
44. Lao. 4.
Atcl. 2. ca.
14. Carth.
Græc. c. 5.
Synod. 6. c.
10. Nic.
Græc. 17.

Si quis eorum qui sunt in clero , aut subiectus regulæ , auaritiæ & turpi lucro studeat , aut data pecunia fenori , centesimas exigat , aut sesquiplas , deiciatur ex gradu , & sit alienus a regula .

De honore episcopo & presbyteris a diaconis tribuendo.

C A P V T XVI.

Can. Nic.
Græc. 18.

Diaconus non debet excommunicare priusquam episcopus , neque priusquam presbyter , quia gradus diaconi infra gradum presbyteri est ; scire que debet officii sui esse ministrare episcopo & presbyteris . Sciatque diaconus facultatem suam , cui neque licet communicare nisi postquam epi-